

The Digital *Compendium moralium notabilium* Project  
(<https://compendium-project.wlu.ca>)

48 quotations attributed to Andreas Capellanus in the *Compendium moralium notabilium*  
(from *Epytoma sapientie*, Venice, 1505)

Pars 2, Liber 1, Rubrica 7: De voluntario et inuoluntario (fol.28rb):

Andreas ad gualterium de amore libro i. **Maioribus censemur meritis dignus qui bona spontanee peregit: quam qui ea coactus exercuerit.**

Ideo ergo amor in arbitrio posuit amantis, ut, quum amatur, et ipsa, si velit, amet, si vero nolit, non cogatur amare, quia maioribus censemur meritis dignus, qui bona sponte peregit, quam qui ea coactus exercuit.

Andreas Capellanus, *De amore libri tres*, 1 (E. Trojel ed., p.50).

Pars 2, Liber 1, Rubrica 9: De errore et facti et erronea estimatione (fol.28va):

Andreas ad gualterium de amore libro i. **Fas est ab errato discedere et ab eo quodquisque minus recte persenserit resipiscere.**

Quia tamen fas est ab errato discedere et ab eo, quod quisque minus bene sententiaverat resipiscere, si tuam simplicem et incautam studies emendare doctinam, in hoc inveneris laude dignissimus et ab omni prudentia commendandus.

Andreas Capellanus, *De amore libri tres*, 1 (E. Trojel ed., p.78).

Pars 2, Liber 1, Rubrica 11: De necessitate (fol.28vb):

Andreas ad gualterium de amore libro i. **Importuna necessitas nulla potest iuris regula coartari.**

Importuna namque necessitas nulla potest iuris regula coartari.

Andreas Capellanus, *De amore libri tres*, 1 (E. Trojel ed., p.137).

Pars 2, Liber 1, Rubrica 12: De violentia et coactione (fol.29rb):

Andreas ad gualterium de amore libro i. **Maioribus censetur meritis dignus qui bona sponte peregit quam qui ea coactus exercuerit.**<sup>1</sup> **Coacta nemini sunt grata obsequia: et nullis digna premiis vindicantur.**<sup>2</sup>

1. Ideo ergo amor in arbitrio posuit amantis, ut, quum amatur, et ipsa, si velit, amet, si vero nolit, non cogatur amare, quia maioribus censetur meritis dignus, qui bona sponte peregit, quam qui ea coactus exercuit.

Andreas Capellanus, *De amore libri tres*, 1 (E. Trojel ed., p.50).

2. Mulier ait: Quod dicitis, stare non potest, quia coacta nemini sunt grata obsequia et nullis digna praemiis iudicantur.

Andreas Capellanus, *De amore libri tres*, 1 (E. Trojel ed., p.120).

Pars 2, Liber 1, Rubrica 13: De culpa et excusatione (fol.29va):

Andreas capellanus ad gualterium de amore libro i. **Importuna necessitas nulla potest iuris regula coartari.**

Importuna namque necessitas nulla potest iuris regula coartari.

Andreas Capellanus, *De amore libri tres*, 1 (E. Trojel ed., p.137).

Pars 2, Liber 3, Rubrica 10: De experientia amicorum et cognitione (fol.41ra):

Andreas capellanus ad gualterium de amore libro 3. **Uerus amicus in amici aduersitatibus fidelior inuenitur: et efficitur in omni turbatione constantior.**

Verus autem amicus in amici adversitatibus fidelior invenitur et efficitur in omni turbatione constantior.

Andreas Capellanus, *De amore libri tres*, 3 (E. Trojel ed., p.317).

Pars 2, Liber 3, Rubrica 14: De amicorum constantia et inconstantia (fol.42va-vb)

Andreas ad gualterium de amore libro 3. **Uerus amicus in amici aduersitatibus fidelior inuenitur: et efficitur in omni turbatione constantior.**

Verus autem amicus in amici adversitatibus fidelior invenitur et efficitur in omni turbatione constantior.

Andreas Capellanus, *De amore libri tres*, 3 (E. Trojel ed., p.317).

Pars 2, Liber 4, Rubrica 1: De odio (fol.43ra)

Andreas ad gualterium libro 3. **Nullus tanto dilectionis alicui vel amicitie vinculo colligatur: si cognouerit ipsum pro sue vxoris vel filie vel propinque instanter esse amore sollicitum quin statim contra ipsum non accipiat: odii liuore moueri et indignationis venena concipere.**

Nullus enim tanto dilectionis alicui vel amicitiae vinculo colligatur, si cognoverit, ipsum pro suae uxoris vel filiae vel propinquae instanter esse amore sollicitum, quin statim contra ipsum incipiat odii livore moveri et indignationis venena concipere.

Andreas Capellanus, *De amore libri tres*, 3 (E. Trojel ed., pp.316-17).

Pars 2, Liber 5, Rubrica 2: De beneficiis (fol.48ra-rb)

Andreas ad gualterium de amore libro i. **Qui seruitia oblata recusat accipere: offerentem nimio rubore perturbat: et seipsum iudicat avaritie vitio contineri.**

Qui enim servitia recusat oblata recipere, offerentem nimio rubore conturbat et se ipsum indicat avaritiae vitio contineri.

Andreas Capellanus, *De amore libri tres*, 1 (E. Trojel ed., p.57).

Pars 2, Liber 5, Rubrica 9: De gratia et gratitudine et ingratitudine (fol.51ra-rb)

Andreas ad gualterium de amore libro i. **Maioribus censetur meritis dignus qui bona sponte peregit: quam qui ea coactus exercuit.**<sup>1</sup> **Coacta nemini sunt grata obsequia: et nullis digna premiis iudicantur.**<sup>2</sup>

1. Ideo ergo amor in arbitrio posuit amantis, ut, quum amatur, et ipsa, si velit, amet, si vero nolit, non cogatur amare, quia maioribus censetur meritis dignus, qui bona sponte peregit, quam qui ea coactus exercuit.

Andreas Capellanus, *De amore libri tres*, 1 (E. Trojel ed., p.50).

2. Mulier ait: Quod dicitis stare non potest, quia coacta nemini sunt grata obsequia et nullis digna premiis iudicantur.

Andreas Capellanus, *De amore libri tres*, 1 (E. Trojel ed., p.120).

Pars 2, Liber 5, Rubrica 10: De mercede premio et retributione (fol.52ra)

Andreas ad gualterium de amore libro. i. **Maioribus censetur meritis dignus: qui bona spontanee peregit quam qui ea coactus exercuerit.**<sup>1</sup> **Coacta nemini sunt grata obsequia: et nullis digna premiis iudicantur.**<sup>2</sup>

1. Deo ergo amor in arbitrio posuit amantis, ut, quum amatur, et ipsa, si velit, amet, si vero nolit, non cogatur amare, quia maioribus censetur meritis dignus, qui bona sponte peregit, quam qui ea coactus exercuit.

Andreas Capellanus, *De amore libri tres*, 1 (E. Trojel ed., p.50).

2. Mulier ait: Quod dicitis stare non potest, quia coacta nemini sunt grata obsequia et nullis digna premiis iudicantur.

Andreas Capellanus, *De amore libri tres*, 1 (E. Trojel ed., p.120).

Pars 3, Liber 1, Rubrica 6: De imagine memoria reminiscentia et obliuione morali consideratione  
(fol.62va)

Andreas ad gualterium de amore libro i. **Sepius repetita veritas maioris soliditate firmatur: et attentiori memoria conseruatur.**

Sed ideo me sciatis in hac parte vos admonere curasse, quia saepius repetita placebunt, maiori soliditate firmantur et attentiori memoria servantur, ac, quum fuerit opportunum, exercentur.

Andreas Capellanus, *De amore libri tres*, 1 (E. Trojel ed., p.158).

Pars 3, Liber 1, Rubrica 10: De coniectura morum per aspectum et gestum (fol.63rb)

Andreas capellanus ad gualterium de amore libro i. **Exterior habitus manifeste demonstrat qualis sit intus dispositio mentis.**

Exterior enim habitus manifeste demonstrat, qualis sit intus dispositio mentis.

Andreas Capellanus, *De amore libri tres*, 1 (E. Trojel ed., p.173).

Pars 3, Liber 2, Rubrica 3: De prudentia et premeditatione atque deliberatione [n.p. 2va]

Andreas capellanus pape innocentii quarti libro de dissuasione vxorationis. **Diligentis animi est morbo prius occurrere quam post morbum queritare.**

Diligentis namque animi est prius morbo occurrere quam queritare post morbum.

Andreas Fieschi, *De dissuasione uxorationis*, 9 (P. Rajna ed., p.271).

Pars 3, Liber 2, Rubrica 9: De perfectione operis [n.p. 5rb]

Andreas ad gualterium de amore libro i. **Res imperfecte modica turbatione deficiunt.**

Vulgi quoque timet rumores et omne, quod aliquo posset modo nocere; res enim imperfectae modica turbatione deficiunt.

Andreas Capellanus, *De amore libri tres*, 1 (E. Trojel ed., p.4).

Pars 3, Liber 2, Rubrica 3: De coniectura morum per aspectum et gestum [n.p. 2va]

Andreas capellanus pape innocentii quarti libro de dissuasione vxorationis. **Diligentis animi est morbo prius occurrere quam post morbum queritare.**

Diligentis namque animi est prius morbo occurrere quam queritare post morbum.

Andreas Fieschi, *De dissuasione uxorationis*, 9 (P. Rajna ed., p.271).

Pars 3, Liber 5, Rubrica 8: De tacendis et celandis propriis et alienis criminibus (fol.77ra)

Andreas ad gualterium de amore libro 3. **Secretum tuum ab omni femina custodire stude.**

Secretum ergo tuum ab omni studeas femina custodire.

Andreas Capellanus, *De amore libri tres*, 3 (E. Trojel ed., p.353).

Pars 4, Liber 2, Rubrica 1: De diuitiarum proficuo et nocumento paupertatis (fol.90ra)

Andreas ad frugalitatem de amore libro 3. **Qui plurimis consuevit abundare diutiis multisue carnis et mundi gaudiis delectari: si ad inopie post modum tenebras ellabatur totus sibi mundus factus videtur obscurus: nullumque veretur committere crimen: vt fortunam diuitiarum recuperare possit amissam.**

Qui enim plurimis consuevit abundare divitiis multisue carnis et mundi gaudiis delectari, si ad inopiae postmodum tenebras elabatur, totus sibi mundus videtur obscurus, nullumque veretur committere crimen, ut fortunam divitiarum recuperare possit amissam, per quas prioribus valeat gaudia similia celebrare, nec excogitari posset ut in mundo nefas, quod committere dubitaret amator, si propter illud ad rerum opulentiam reducatur egestas, unde suum possit enutrire amorem.

Andreas Capellanus, *De amore libri tres*, 3 (E. Trojel ed., p.321).

Pars 4, Liber 2, Rubrica 9: De damno et ammissione diuitiarum (fol.93ra)

Andreas ad gualterium de amore libro i. **Grauius est carere quesitis quam sperato lucro priuari.**<sup>1</sup> Libro 3. **Qui plurimis consuevit abundare diuitiis: multisve carnis et mundi gaudiis delectari: si ad inopie postmodum tenebras elabatur: totus sibi mundus factus videtur obscurus: nullumque veretur committere crimen: vt fortunam diuitiarum recuperare possit amissam.**<sup>2</sup>

1. Gravius est enim carere quaesitis quam sperato lucro privari.

Andreas Capellanus, *De amore libri tres*, 1 (E. Trojel ed., p.5).

2. Qui enim plurimis consuevit abundare divitiis multisve suae carnis et mundi gaudiis delectari, si ad inopiae postmodum tenebras elabatur, totus sibi mundus videtur obscurus, nullumque veretur committere crimen, ut fortunam divitiarum recuperare possit amissam, per quas prioribus valeat gaudia similia celebrare, nec excogitari posset ut in mundo nefas, quod committere dubitaret amator, si propter illud ad rerum opulentiam reducatur egestas, unde suum possit enutrire amorem.

Andreas Capellanus, *De amore libri tres*, 3 (E. Trojel ed., p.321).

Pars 4, Liber 2, Rubrica 14: De auaritia cupiditate pecunie (fol.95ra)

Andreas ad gualterium de amore libro 2. **Omnis probitas de auaricie admixtione supprimitur.**

Omnis namque probitas ex auaritiae admixtione supprimitur, et multa inter homines toleratur improbitas, si largitatis inveniatur pulchritudine decorari.

Andreas Capellanus, *De amore libri tres*, 2 (E. Trojel ed., p.240).

Pars 4, Liber 3, Rubrica 11: De nobilitate et ignobilitate (fol.100va-vb)

Andreas ad gualterium de amore libro i. **Sola fuit morum probitas que primitus homines nobilitate distinxit ac generis inducit differentiam.**<sup>1</sup> **Magis ex moribus quam ex sanguine deprehenditur cuiusque nobilitas.**<sup>2</sup>

1. Nam quum omnes homines uno sumus ab initio stipite derivati unamque secundum naturam originem traximus omnes, non forma, non corporis cultus, non etiam opulentia rerum, sed sola fuit morum probitas, quae primitus nobilitate distinxit homines ac generis induxit differentiam.

Andreas Capellanus, *De amore libri tres*, 1 (E. Trojel ed., pp.17-18).

2. Sed si me morum probitatis cultura perlustrat, intra nobilitatis me credo moenia constitutum et vera generis coruscare virtute, et sic me morum probitas intra nobilitatis ordinem facit esse repositum; et ideo nulla potest reputari praesumptio, si ex nobilitate mihi quaeram amorem eligere; magis enim ex moribus quam ex sanguine deprehenditur cuiusque nobilitas.

Andreas Capellanus, *De amore libri tres*, 1 (E. Trojel ed., p.47).

Pars 4, Liber 3, Rubrica 12: De preciositate et vilitate (fol.100vb)

Andreas ad gualterium de amore libro i. **Uilius res venalitati exposita comparatur: quam si venditor ab emptore rogetur.**

Vilius enim venalitati res exposita comparatur, quam si venditor ab emptore rogetur.

Andreas Capellanus, *De amore libri tres*, 1 (E. Trojel ed., p.228).

Pars 4, Liber 3, Rubrica 13: De laude et commendatione (fol.101va)

Andreas ad gualterium de amore libro i. **Callidi videntur blandimenti obtinere commentum laudes aspectu laudati prolate.**

Praeterea callidi videntur blandimenti obtinere commentum laudes in *aspectu laudati prolatae*.

Andreas Capellanus, *De amore libri tres*, 1 (E. Trojel ed., p.56).

Pars 4, Liber 4, Rubrica 10: De appetitu et desiderio (fol.106vb)

Andreas ad gualterium de amore libro i. **Quod quis toto mentis affectu desiderat semper timet ne aduerso turbetur euentu.**

Nam, quod quis toto mentis affectu desiderat, semper timet, ne adverso turbetur eventu.

Andreas Capellanus, *De amore libri tres*, 1 (E. Trojel ed., p.81).

Pars 4, Liber 4, Rubrica 12: De voluptate seu libidine (fol.107vb)

Andreas capellanus innocentii iiiii. pape libro de dissuasione vxorationis. **Uir in molliciem abiens deiuratur.**

Ut mortali paululum alludamus, post aprum, post Cerberum, post Gerionis triformem verticem amputatum, fit pugne conversio: iactio trinodis affligitur, puellaris colus assumitur, et vir in mollitiem abiens devincitur.

Andreas Fieschi, *De dissuasione uxorationis*, 3 (P. Rajna ed., p.268).

Pars 4, Liber 5, Rubrica 5: De natura venerei amoris (fol.112rb-va)

Andreas ad gualterium de amore libro i. **Amor est passio quedam innata: procedens ex visione et immoderata cogitatione forme alterius sexus ob quam quidem aliquis super omnia cupit alterius potiri amplexibus: omniaque de vtriusque voluntate in ipsius amoris precepta compleri.**<sup>1</sup> Libro 3. Semper timet amans ne sibi voluntas atque fides alteretur amantis: et hanc cogitationem amanti non potest vigilia neque somnus auferre. Quem vere gladius pertingit amoris: continua deque coamato ac sine intermissione cogitatione quassatur: nullisque divitiis nulloue in hoc seculo tantum posset honore vel aliqua dignitate beari quantum si iuxta proprii animi voluntatem suo recte fruatur amore.<sup>2</sup> Non reperitur aliquis adeo diuinis eloquiis eruditus: si maligno spiritu comitante: amoris aculeis instigetur: qui contra mulieres cognatas sibi et affines ac deo dedicatas feminas sciat vnquam frena continere luxurie.<sup>3</sup> Magis sapientes dicuntur insanire amore et ardenter carnis voluptate: quam qui minori scientia gubernantur. Sed et magis sapientes viri postquam in amore delinquent luxurie contemnere solent excessus quam qui modica sunt scientia fulti.<sup>4</sup>

1. Amor est passio quaedam innata procedens ex visione et immoderata cogitatione formae alterius sexus, ob quam aliquis super omnia cupit alterius potiri amplexibus et omnia de utriusque voluntate in ipsius amplexu amoris pracepta compleri.

Andreas Capellanus, *De amore libri tres*, 1 (E. Trojel ed., p.3).

2. Nil enim facere vel cogitare audet, quod modice voluntati aduersetur amantis, quia semper timet amans, ne sui voluntas atque fides alteretur amantis, et hanc cogitationem amanti non potest vigilia neque somnus auferre. Quem enim vere gladius pertingit amoris, de coamantis cogitatione continua sine intermissione quassatur nullisque divitiis nulloue in hoc saeculo tantum posset honore beari vel aliqua dignitate, quantum si iuxta proprii animi voluntatem suo recte fruatur amore.

Andreas Capellanus, *De amore libri tres*, 3 (E. Trojel ed., pp.318-19).

3. Sed et constat, incestus inde maxime provenire; non enim reperitur aliquis adeo divinis eloquiis eruditus, si maligno spiritu concitante amoris aculeis incitetur, qui contra mulieres cognatas sibi et affines ac Deo dedicatas feminas sciat unquam frena continere luxuria, et hoc satis per assidua experimenta videmus.

Andreas Capellanus, *De amore libri tres*, 3 (E. Trojel ed., p.325).

4. Immo magis sapientes insanire dicuntur amore et ardenter carnis voluptates implere, quam qui minori scientia gubernantur. Sed et magis sapientes viri, postquam in amore delinquent, luxuriae contemnere solent excessus, quam qui modica sunt scientia fulti.

Andreas Capellanus, *De amore libri tres*, 3 (E. Trojel ed., pp.337-8).

Pars 4, Liber 5, Rubrica 10: De molestia et damno amoris venerei (fol.113vb)

Andreas ad gualterium de amore libro 3. **Nullus tanto dilectionis alicui vel amicitie vinculo colligatur: si cognoverit ipsum pro sue vxoris vel filie vel propinque instanter esse amoris sollicitum: quin statim contra ipsum non incipiat odii liuore moueri ac indignationis venena concipere.**<sup>1</sup> Qui amat vehementi quadam seruitute ligatur: et cor interius iaculatur. **Omnem enim extraneorum collocutionem vel deambulationem aut insolitam commorationem amans in coamante ex amoris zelo timescit. Semper timet amans ne sibi voluntas atque fides alteretur amantis: et hanc cogitationem amanti non potest vigilia neque somnus auferre.**<sup>2</sup> Quas penas viuendo patiuntur amantes: non mihi videtur quemquam posse plenius edoceri: nisi fuerit magna experientia eruditus.<sup>3</sup>

1. Nullus enim tanto dilectionis alicui vel amicitiae vinculo colligatur, si cognoverit, ipsum pro suae uxoris vel filiae vel propinquae instanter esse amore sollicitum, quin statim contra ipsum incipiat odii livore moveri et indignationis venena concipere.

Andreas Capellanus, *De amore libri tres*, 3 (E. Trojel ed., pp.316-17).

2. Qui amat enim, vehementi quadam servitute ligatur et quasi omnia suo nocitura timet amori, et eius animus pro modica vehementer suspicione gravatur, et cor suum interius graviter iaculatur. Omnem namque extraneorum collocutionem vel deambulationem aut insolitam commorationem amans in coamante ex amoris zelo timescit, quia: „Res est solliciti plena timoris amor“. Nil enim facere vel cogitare audet, quod modice voluntati aduersetur amantis, quia semper timet amans, ne sui voluntas atque fides alteretur amantis, et hanc cogitationem amanti non potest vigilia neque somnus auferre.

Andreas Capellanus, *De amore libri tres*, 3 (E. Trojel ed., pp.318-19).

3. Quas autem poenas vivendo patiuntur amantes, licet plurimum sit superius enarratum, tamen non mihi videtur, quemquam posse plenius erudiri, nisi fuerit magistra experientia eruditus.

Andreas Capellanus, *De amore libri tres*, 3 (E. Trojel ed., pp.322-3).

Pars 4, Liber 5, Rubrica 11: De exclusiuis et adminiculatiuis amoris venerei et eius libidinis (fol.114rb)

Andreas ad gualterium de amore libro 3. **Res talis luxuria est quam persequendo vincimur: et eam fugiendo fugamus.**

Res enim talis luxuria est, quam persequendo vincimur et fugiendo fugamus.

Andreas Capellanus, *De amore libri tres*, 3 (E. Trojel ed., p.333).

Pars 4, Liber 6, Rubrica 2: De viciis mulierum et reprobatione earum (fol.114vb)

Andreas ad gualterium de amore libro 3. et finali. **Fluctuosus est animus mulieris et inscrutabilis.**<sup>1</sup> Idem in libro de dissuasione vxorationis. **Mulier in amplexu demolitur et molit.**<sup>2</sup> **Uir in mollitiam abiens deiuratur.**<sup>3</sup> **Operosa est mulieris astutia: sumitque animos in crimen deprehensa. Per mulierem vir se virum dediscit.**<sup>4</sup>

1. Fluctuosus est animus mulieris et inscrutabilis: cui si anchoram alligaveris, Sirtibus latentibus illideris; monstra transibis equoris, et ceraunea forsitan non vitabis: quia, nec Ulixem portas in navibus, nec in cristallo Gorgones deridebis.

Andreas Fieschi, *De dissuasione uxorationis*, 2 (P. Rajna ed., p.267).

2. Mulier in amplexu molitur et demolit.

Andreas Fieschi, *De dissuasione uxorationis*, 2 (P. Rajna ed., p.267).

3. Ut mortali paululum alludamus, post aprum, post Cerberum, post Gerionis triformem verticem amputatum, fit pugne conversio: iactio trinodis affligitur, puellaris colus assumitur, et vir in mollitiem abiens devincitur.

Andreas Fieschi, *De dissuasione uxorationis*, 3 (P. Rajna ed., p.268).

4. Operosa est mulieris astutia, sumitque animos in crimen deprehensa, per quam et vir se virum dediscit, et rinoceros mansuescit.

Andreas Fieschi, *De dissuasione uxorationis*, 4 (P. Rajna ed., pp.268-9).

Pars 4, Liber 6, Rubrica 10: De modestia vxorum et dissuasione vxorationis (fol.116va)

Andreas capellanus pape Innocentii iiiii. in libro de dissuasione vxorationis. **Si mulieri anchoram alligaueris sirtibus latentibus illideris.**<sup>1</sup> **O felix vita mortalium si iam non corrumperentur contubernia mulierum:** quas coitui tantum necessarias dicimus: vt ex simili simile natura artifice producamus.<sup>2</sup> **Uiue philosophie non vxori.** Si casta fuerit: **superbia non deerit.** si diues: si nobilis: **coniugem aspernabitur:** et formosam plerunque suspicio comitatur. **Si turpis:** nunquam lectus carebit murmure. **Si incesta rubescet facies in pudore:** eo frequenter tibi accidit **quod vxore contenta contemnitur deus:** et inde nascatur iniuria vnde debuit prodire concordia.<sup>3</sup> **Libertas tibi adimitur si nequam femina societur:** nec tuus esse poteris: **quia quo fugias non habebis.**<sup>4</sup> **Si iuuenem senex duxerit contemneris.** **Si senex seni coniungitur voluptatis amor non sequitur.**<sup>5</sup>

1. Fluctuosus est animus mulieris et inscriptabilis: cui si anchoram alligaveris, Sirtibus latentibus illideris; monstra transibis equoris, et ceraunea forsitan non vitabis: quia, nec Ulixem portas in navibus, nec in cristallo Gorgones deridebis.

Andreas Fieschi, *De dissuasione uxorationis*, 2 (P. Rajna ed., p.267).

2. O felix vita mortalium, si eam non corrumperent contubernia mulierum! Quas coitui tamen necessarias dicimus, ut ex simili simile natura artifice producatur.

Andreas Fieschi, *De dissuasione uxorationis*, 5 (P. Rajna ed., p.269).

3. Vive tibi, non aliis; vive phylosophie, non vxori. Si casta fuerit uxor, superbia non deerit; si diues, si nobilis, coniugem aspernabitur; et formosam plerunque suspicio comitatur; si turpis, nunquam lectus carebit murmure; si incesta, rubescet facies in pudore. Eo frequenter accidit quod, uxore contempta, contemnitur Deus, et inde nascatur iniuria, unde debuit concordia prodire.

Andreas Fieschi, *De dissuasione uxorationis*, 6 (P. Rajna ed., p.270).

4. Amice, libertas tibi adimitur, si nequam femina sotietur, nec tuus esse poteris, quod quo fugias non habebis.

Andreas Fieschi, *De dissuasione uxorationis*, 9 (P. Rajna ed., p.271).

5. Certe, ut verum fatear, si iuuenem senex duxeris, contempneris; si senex seni coniungitur, voluptatis amor non sequitur, quod nunquam, ut ait phylosophus, ex duobus frigidis calidum generatur.

Andreas Fieschi, *De dissuasione uxorationis*, 10 (P. Rajna ed., p.272).

Pars 5, Liber 2, Rubrica 11: De prouidencia et preconsiliatione belli (fol.127va)

Andreas capellanus pape Innocentii iiiii. libro de disuassione vxorationis. **Considera vires tuas antequam hostem adeas: ne succumbas et sera sit penitentia cum non erit qui adiuuet vel succurrat.**

Amice, considera vires tuas ante quam hostem adeas, ne subcumbas, et sera sit penitentia, cum non est qui adiuvet aut succurrat.

Andreas Fieschi, *De dissuasione uxorationis*, 7 (P. Rajna ed., p.270).